



**Q. SEPTIMII|| FLORENTIS|| TERTVLLIANI||  
CARTHAGINIENSIS|| PRESBYTERI, OPERA|| QVÆ  
HACTENVS REPERIRI|| POTVERVNT OMNIA:||**

**Tertullianus, Quintus Septimius Florens**

**Antverpiae, 1584**

Q. Septimio Florentis Tertvlliani Cartaginiensis, Libri Adversvs Gentes Et Ivdæos; initio susceptæ fidei plerique conscripti. Argumentum libri de Pallio per Iacobum Pamelium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73633)





Q. SEPTIMI FLORENTIS  
TERTULLIANI CARTHAGINIENSIS,  
LIBRI ADVERSUS GENTES ET IVDÆOS;  
initio fusceptæ fidei plerique conscripti.

Argumentum libri de Pallio per Iacobum Pamelium.



*M* Tertullianus anno circiter quinto imperij (vri latius in vi-  
ta Auctoris) L. Septimij Seneri, Antonini eius filij, & Clodij  
Albini, trium Auggg. post deuictos Arabas, Parthos, &  
Adiabenos eradicato omni hostilitatis aconito; Christo nomen  
dedisset, & toga reiecta pallio vestiretur, vt simplicitati religionis  
responderet cultus simplicitas; à quodam inconstantiæ notatus ora-  
tione hac facti sui rationem reddit; quam videtur in publico Car-  
thagini perorasse. [Imprimis vero, à vetustate pallium com-  
mendat; quippe quod non Carthaginensibus modo, sed & Vrice  
sorori ciuitati, & toti Africa vsitatum initio fuerit, dum tunicis strictioribus pallij habitus  
fibula morfu ceruicibus soleret superindui, vti etiam Æsculapij sacerdotibus: toga vero, quæ  
à Pelasgis ad Lydos, ab his ad Romanos, translata est, non nisi cum patria tempora vlti-  
marent, in vsu fuerit recepta. [Addit deinde non mirum videri debere, quod habitum  
verterit, quum non modo mundus, diluuij aquis iam olim obrutus, quotidiana etiam tem-  
porum vicissitudine mutationi sit obnoxius; sed & cælum, sol, luna, sidera, tum solstitijs an-  
nui, tum mensuris modulationibus varient; maria insuper & tellus, insularum à continenti  
disidio aut coniunctione, soli hiatu, & imbribus ignium quasi vices fœderent; regna denique  
& populi variis gentium examinibus hinc inde transducantur & transuolent. [Quid?  
quod etiam animantia pro veste formam mutant? exëpli gratia, pæuus, serpens, hyæna, cha-  
melæon; homo denique ipse varias indumentorum formas indies promulgat. qui primum  
nudus & inuestis, ficulneis inde folijs circumdatus, pellitus hinc pro necessitate orbi oblatas,  
nunc etiam ambitione succedente ornando potius quam regendo corpori studet. [proinde ha-  
bitum transferre honori esse, si Religioni dei deferatur, & ita demum probro esse, si non con-  
suetudo sed natura mutetur: quale quid merito illis exprobrat de herœe Laryssæo in virgi-  
nem, Hercule in feminam, Cleomacho in cinædum mutatis, Physcone item, Sardanapalo,  
Nerone, & aliis Casaribus, Empedocle, visphillonibus denique, lenonibus, & lanistis; sicuti  
etiam improbat matronarum cultum indecentem. [Posthæc vri calumniatori satisfaciat,  
qui forte fortuna obuius factus, Itane, inquit, à toga ad pallium? ac si diceret, ab equis ad  
alinos? pallij simplicitatem & facilitatem commendat: quod etiam si duplex sit in Cratetis  
aliorumque morem Philosophorum solutim, id est, unico circumiectu corpus operiat, nec arti-  
fice sit opus, qui pridie rugas former, & inde deducat in tilias; addens quod toga plus læserint

A ij

TULLIANUS  
Associati omnibus  
PAMELIUS  
AV  
16



## Argumenti libri de Pallio.

4

remp. quam lorica, & è contrario pallio nihil aliud curæ sit, quam ne curet: utpote quæ nihil foro, nihil campo, nihil curia debeat; nulla rostra præoccupet; nulla prætoria obseruet; cancellos non adoret; subsellia non contundat; iura non conturbet; causas non elatret; non indicet; non militet; non regnet; sed secedat de populo (quibus verbis etiam vita forensis, quasi aliud agens, mutationem in se designat) nullius etiam vitii aduletur, sed adigat cauterem tum ambitioni tum gula: cuius prodigiosa quædam exempla, tacens Neronæ, Apicios, & Rufos, commemorat. [Postremo non modo Philosophiam docet pallio vestiri; sed etiam artes alias: uti sunt; primus Numerorum harenarius, Grammaticus, Rhetor, Sophista, Medicus, Poëta, Musici, Mathematici, omnes denique studiorum liberalium assæctæ: ubi contra cerdonum & omnis gladiatorum ignominia togata producit. denique etiam diuina secta ac disciplina commercium pallio conferri; quum illud melior philosophia dignata sit, ex quo Christianum vestire cæpit.

VI.

Ceterum ad hunc de Pallio librum alludit D. Hieronymus epistola ad Magnum Oratorem, ac Vincentius Lirinensis, mentione facta plurium librorum Tertulliani aduersus Gentes siue Gentiles. meminere etiam, priusquam excusus esset, Trithemius Catalogo Scriptorum & Politianus epistolis ac Miscellaneis, & P. Cunitus de honesta disciplina. exstabat denique in Hirgaugiensis, Paterniacensis, ac Gorziensis, quibus usus fuit Rhenanus, codicibus: & nunc postremum ad tria Vaticana exemplaria manuscripta collatus & castigatus est.